



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Batavia, Sive De Antiquo Veroque Eius Insvlae Qvam
Rhenvs in Hollandia facit situ, descriptione & laudibus;
aduersus Gerardvm Noviomagvm, Libri Dvo**

Aurelius, Cornelius

Antverpiæ, 1586

Ampliss. Prudentissimisq[ue] viris Praetori, Consvlibvs, Senatvique
Ciuitatis Leydensis, Bon. Vvlcianivs S. D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38123

Amplis. Prudentissimisq. viris

P R Æ T O R I,

C O N S V L I B V S,

S E N A T V I Q V E

Ciuitatis Leydensis,

BON. VVLCANIVS S. D.

MONENT me taci-
tè, viri Amplissi-
mi, Encænia vrbis
vestræ, cum qui-
bus sextum iam
suauissimi huius, quo apud vos
fruor, honestissimi que otij lite-
rarij annum ingredior, vt, quod
probi hospites solent, publicum
aliquod grati erga vos animi
monimentum edam etiam ego.
Præiuerunt enim mihi splendi-
dam hanc gratitudinis facem,

* 2 duo

duo Academiae huius lumina; illustriora notioraque quam ut me nomenclatore indigeant. quorum quidem luci ut me longe imparem libens profiteor; ita studio obseruantiaque vestri nequaquam concedo. quibus declarandis non tam mihi voluntas hactenus defuit, quam facultas. atque utinam ne nunc quidem deesset. Interea vero dum suppetat, quod non diffido fore aliquando: accipite exiguum hoc à me munusculum literarium, veluti testem, imò obsidem amoris studiique erga vos mei: factum hunc inquam, alienum quidem, sed cui ego vitam si non dedi ut parens, certè reddidi ut vindex. Est is, Cornelij Aurelij liber,

ber, Batauiæ veteris situm geo-
graphicè planè describens. Gra-
tus verò vobis, non dubito, &
auctor futurus pariter, & argu-
mentum. Nam & ille, vt ni-
hil aliud de eius laudibus hoc lo-
co dicam, vel eo certè nomine
est laudatissimus, quod Erasmus
Roterodamum, illustre illud
Hollandiæ sidus, discipulum ha-
buerit. argumento, nihil con-
uenientius vobis, nihil magis ex
Hollandiæ dignitate. Cùm enim
summa semper fuerit apud vete-
res illos Romanos Orbis domi-
nos Batauici nominis gloria, ad-
eò vt innumeris propè victoriis
eorum ope ac virtute partis, B A-
TAVOS non solùm SOCIOS &
AMICOS IMPERII, sed verif-
simo

* 3

simo

fimo elogio IMPERII SANITATEM, SVSTENTACVLVM, RO-
BVR & COLVMEN appellarint: cumque adeò formidabile olim
toto orbe Batauorum nomen
fuerit; vt grande viderentur mo-
mentum sociis, vel, prout incli-
nassent, aduersis: extitit patrum
nostrorum memoria Sicamber
quidam qui omnem hanc Bata-
uicæ fortitudinis laudem (nimio
gentis suæ studio præpeditus) in
Betuanos suos quoad potuit deri-
uauit. Cuius conatibus, quibus
eò iam vsque progressus erat, vt
doctis etiam nonnullis fidem,
inò veriùs fucum faceret; meri-
tò obuiam iuit Cornelius Aure-
lius, qui ereptam per fraudem
Batauis genuinam suam restituit
lau-

laudem; & geminum Rheni al-
ueum, & frequentes in eius ripa
nobilium arces, ostia eiusdem, ac
propugnacula, eorumque fata;
totam denique Batauiæ insulam
ita accuratè à fronte & tergo la-
teribusque, ex Iulio Cæsare, Cor.
Tacito, aliisque veterum monimen-
tis circumscripsit, Hollandicoque
septo inclusit, ut de ea ambigere
nemo deinceps nisi malignè, &
μάττω, ut Æschyli verbis utar,
φλύσαι θέλων, possit. Hic itaque
posthumus Cor. Aurelij foetus,
non quidè recens natus, sed quo-
dammodo renatus, hoc est, Ba-
tauia rediuiua, quibus potius vel-
uti tutoribus ac patronis debeat-
ur, quàm vobis, qui Batauiæ
florem LEIDAS sanctissimè pru-
den-

*Leida plu-
raliter olim
dicta, ut
Athens.*

dentissimè, fortissimeque regitis?
quique præclarum priscae illius
fortitudinis exemplum ac veluti
signum Batauiæ erexistis, cum à
totius Hollandiæ iugulo imma-
nissimi militis enses eximia vestra
fide, constantia, tolerantiaque
auertistis? Agnoscetis verò in
hoc etiam scripto magna cum
voluptate, multa illustria vete-
rum Romanorum inonimenta
ex agro vestro eruta; è quibus,
quanti maiorum vestrorum vir-
tutem Romani fecerint, liquidò
constabit. Agnoscetis Scholam
Latinã à Romanis prope Leydas
ad Rhenum in municipio vestro
quod Roomburg, hoc est Arx
Romanorum dicitur, conditam;
vt iuuentutis Batauicæ, quam
acri

acri ingenio, aptissimaque addis-
cendis aliis idiomatibus lingua
esse norant, sua etiam, hoc est
Romana lingua instructæ operâ,
facilius sibi alias nationes eius
ignaras conciliarent; & hac be-
neficij specie ipsos iuuenum pa-
rentes sibi arctius deuincirent, at-
que adeò in officio retinerent;
quos si fortassis desciscere contin-
geret, de Germanis ac Gallis in
fide retinendis desperabant. Ad-
eò omnis Romanorum spes ac
fiducia solis Batauis nitebatur.
Hæc inquam, aliaque multa &
quidem æterna Batauicæ gentis
decora aureo Cor. Aurelij peni-
cillo descripta summa cum ani-
mi voluptate in hoc libello in-
tuebimini. quæ modò libenti-
* 5 bus,

bus, quod non dubito, vobis; pa-
rum moror an liuentibus æmulis
in conspectum ac veluti thea-
trum totius Orbis proferantur.
Valete viri Amplissimi, & Aca-
demiã hanc felicissimis auspi-
ciis non in municipio, sed in vrbe
vestra, tametsi dispari à Romanis
consilio, ab optimo prudentissi-
moque architecto conditam; vt
ad eam scilicet tam exteri quàm
Bataui ipsi non ad vnus alicuius
linguæ, sed ad omnium lingua-
rum pariter ac scientiarum veluti
mercatum confluerent, fouete; &
quod facitis, amplificate. belli-
cæq. fortitudinis, qua vigetis, lau-
dem, salutari literarum mistura
temperantes perseuerate. Lugd.
Bat. M. D. LXXXVI. XVIII. Maij.

D E